



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO  
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 31/10/L

## CORDUBENSIS

Beatam Mariam Virginem, sub titulo v. d. *Nuestra Señora de la Antigua y Piedad*, clerus et populus christifidelium civitatis v. d. *Iznájar*, intra fines dioecesis Cordubensis, peculiari necnon assiduo cultu ab antiquo prosequuntur.

Inde Excellentissimus Dominus Ioannes Iosephus Asenjo Pelegrina, Archiepiscopus Administrator apostolicus Cordubensis, communia excipiens vota, eiusdem electionem in Patronam apud Deum christifidelium supradictae civitatis rite approbavit.

Idem vero, litteris die 17 mensis Decembris 2009 datis, enixe rogavit, ut electio et approbatio huiusmodi iuxta Normas de Patronis constituendis confirmarentur.

Congregatio porro de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum a Summo Pontifice BENEDICTO XVI tributarum, attentis expositis, precibus annuit atque

BEATAM MARIAM VIRGINEM  
SUB TITULO V. D. *NUESTRA SEÑORA DE LA ANTIGUA Y PIEDAD*  
PATRONAM APUD DEUM  
CHRISTIFIDELIUM  
CIVITATIS V. D. *IZNÁJAR* INTRA FINES DIOECESIS CORDUBENSIS

confirmat, omnibus cum iuribus et privilegiis liturgicis iuxta rubricas consequentibus.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum,  
die 27 mensis Ianuarii 2010.

*Antonius, Card. Cañizares  
Praef.*

(Antonius Card. Cañizares Llovera)  
Praefectus

*+ Iosephus Augustinus Di Noia*

(\*) Iosephus Augustinus Di Noia, OP)  
Archiepiscopus a Secretis